

**imbellis, e. adi.** FORMA inbellis. ETYM in, bellum. DLAT imbellia. DROM cast. imbele. [FREQ media **188** <sup>indicia</sup> **14** <sup>/d.c.m.</sup> **44** C1C] uocabulum scriptis litterariis praeter dramaticos omne genus aptum, praecipue exponendo (historiae), minore numero lyricis argumentatiuique; uox est litteraria sed omnino non docta.

| VARIATIO    |             | indicia | p <sup>/d.c.m. subc.</sup> |
|-------------|-------------|---------|----------------------------|
| OPERUM      | argumentans | 23      | 4,6                        |
|             | lyrica      | 10      | 43                         |
|             | narratiua   | 126     | 25                         |
|             | satirica    | 6       | 31                         |
|             | exponens    | 23      | 8,4                        |
| DIACHRONICA | I aec.      | 45      | 16                         |
|             | I-II ec.    | 98      | 25                         |
|             | III-V ec.   | 45      | 6,7                        |
| DIAPHASICA  | docta       | 87      | 41                         |
|             | media       | 99      | 8,9                        |
|             | quotidiana  | 2       | 4,7                        |
| DIASTRATICA | litteraria  | 167     | 15                         |
|             | technica    | 21      | 8,2                        |
| MODUS       | prosa       | 118     | 10                         |
|             | uersu       | 70      | 39                         |

¶ **a** ad id quod bello alienum uel inhabile est, i. e. qui pacem amat uel reses, pertinens • ajeno o impropio para la guerra, tranquilo, pacífico [REL →quietus ANT →bellicosus DOM aetas, femina, turba, annus; spatium temporis sine bello] **40** SALL Iug 20.2. Ipse acer, bellicosus; at is quem petebat quietus, inbellis, placido ingenio, opportunus iniuriae, metuens magis quam metuendus. **29-9** LIV 10.1.4. ne prorsus imbellem agerent annum, parua expeditio in Umbria facta est. **50** CURT 3.10.10. irent, et inbellibus feminis aurum uiri eriperent. **210-213** TERT Anim 31.4. Pythagoran uero tam residem et inbellem, ut proelia tunc Graeciae uitans Italiae maluerit quietem geometriae et astrologiae et musicae deuotus. **417-418** OROS Hist 1.4.2. Scythicamque barbariem, adhuc tunc inbellem et innocentem ... uires suas nosse, et ... sanguinem hominum bibere.

**b** ad id quod timidum pauidumque est pertinens • pusilánime, apocado, débil o cobarde [REL →timidus] **40** SALL Iug 67.2. iuxta boni malique, strenui et inbelles inulti obtruncari. **98** TAC Agr 15.3. In proelio fortiores esse qui spoliunt: nunc ab ignauis plerumque et imbellibus eripi domos, abstrahi liberos. **360** VICTOR Caes 40.20. pauidus et imbellis atque in desidiis foede pronus.